



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorvm Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

De Eodem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

DE EODEM.

Clades furentis quisquis Europæ graues
 Abominatus, atque Christiadum (nefas!)
 Contaminatas scelere ciuili manus,
 Multâ rogasti Numen iratum prece,
 Rediret ægris alma pax mortalibus,
 Et qui profanis mutuam in stragem duces
 Aguntur odijs, fædere inter se pio
 Iuncti in superbos arma Thracas verterent;
 Quisquis reuersam cernere optasti diu
 Cornu beantem diuite arua Copiam,
 Reducesq; cum sorore Pietatem ac Fidem,
 Et ad antra Cyrrhæ iam diu silentio
 Tristi iacentes, & recusantes lyram,
 Rursum canentes fontis ad caput sacri
 Audire Musas; quisquis Urbem redditam
 Decori intueri, prisca quod virtus patrum
 Parauit, artibusq; florentem bonis;
 Aras corollis, eia, consternas pius,
 Summoq; gratus vota persoluas Deo:

D E MAXIMVS habenas rerum **ALEXANDER** tener.

E

IN